

LIBER XV.

DE PRONUNTIATIONE LINGVÆ ITALICÆ CVM EXPLICATIONE LATINA,

Opera & studio Ioannis Angeli de Sumaran,

Anno 1626. ac primum de literis, earumque pronuntiatione.

Notandum quod lingua Italica habeat magnam affinitatem cum Latina, sed illi quotidie student, quomodo possint illam à Latina alienare, & variare, vnde hodierno die reperies multa peregrina vocabala, quæ mera Hispanica, siue Gallica sunt, sed plurima ex Hispanica, quam ex Gallica invenies, ideo ineptè illi qui Latinam linguam callent, sibi persuadunt intelligere Italicum Idioma, ex Latino, cum vnicum vocabulum ex multis casu fortuito intelligant, quia quemadmodum vna hirundo non facit ver, ita vna dictio non componit Orationem. Hæc lingua est alias valdè facilis pronuntiatione, & non habet tot regulas quod Gallica, omnium difficultas latet in hisce literis vti ex sequentibus exemplis patebit.

De Literis Italorum.

A. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. z.

Differentia pronuntiationis ac difficultas in hisce quatuor literis consistit.

Nimirum in *C. g. gn. & gli.*Vocales habent quinque. *a. e. i. o. u.*

Reliquæ vocantur Consonantes.

De Diphthongis.

Diphthongos habent sex (quas pronuntiant tanquam binas

nas